5

VINDICIÆ EDITIONIS S. AUGUSTINI A BENEDICTINIS ADORNATÆ,

Adverſus Epiſtolam.

ABBATIS GERMANI.

Auctore D. B. de Riviere.

ANTUERPIÆ

Juxta Exemplar Editum

ROMÆ

Typis Jo. Jacobi Komark.

SUPERIORUM PERMISSU.

M. DCC.

viſs minore multò pretio poſſit comparari. Per te ipſe de re poteris, Lector, judicare, intra paucas hebdomadas emiſſis, Deo juvante, tribus primis Tomis. Vale.

Antuerpiæ Novembris die 1. Anni 1699.

AVER-

AVERTISSEMENT important.

VOici une Lettre que l'on publie, ſuivant l'impreſſion de Rome, dans laquelle on défend l'Edition de S. Auguſtin publiée par les RR. PP. Benedictins, contre les calomnies de quelques perſonnes. On n'a rien à dire de cette Lettre, ſinon qu'elle a été aprouvée à Rome. Mais le Lecteur peut s'attendre à voir bien-tôt une nouvelle Edition des mêmes Oeuvres de S. Auguſtin, ſuivant l'Edition de Paris, ſans aucnn mélange de remarques étrangeres & ſans y rien ôter, ni diminuer. On s'eſt ſeulement appliqué à faire en ſorte que cette Edition fut trés-corecte, &

qu'elle ne cedât point à celle de Paris, pour le papier, ni pour la beauté des caracteres, quoi qu'elle doive beaucoup moins coûter. Le Lecteur en pourra juger, par lui même, en peu de ſemaines, lors que nous aurons publié les trois premiers volumes.

A Anvers le 1. Novembre 1699.

VINDICIÆ

EDITIONIS S. AUGUSTINI

A

BENEDICTINIS

ADORNATÆ,

Adverſus Epiſtolam Abbatis Germani.

DEFENSE

DE

L'EDITION DES OEUVRES

DE

S. AUGUSTIN,

Faite par les RR. PP. Benédictins pour ſervir de Réponſe à la Lettre d'un Abbé Allemand.

JAM à priſcis temporibus obſervatum ſæpe fuit, & in dies comperitur, nihil tam probum & tam

CE n'eſt pas d'aujourd'hui qu'on s'eſt plaint, qu'il n'y a ni probité, ni innocence, qui ſoit à l'abri de l'envie & de la médiſance. L'experience

innoxium eſſe, quin livori pateat, & maledictis. Id videre præſertim eſt in Libello nuper edito, cui titulus: *Epiſtola Abbatis ... ad Benedictinos Congregationis S. Mauri*; ubi fingitur Germanus eſſe, qui in crimen Janſeniſmi vocat Benedictinos. Et ſatis quidem callidè larvatus ille Germanus rem eſt agreſſus, ut initio pauciſſima Latinè ſcripti libelli exemplaria hinc & inde ad notos ſolùm tranſmitteret: atque ita clanculum rem peregit ut ne legendi quidem operis ulli Benedictinorum (ad quos tamen Epiſtola mittitur) copia fuerit. Eo autem conſilio artifex mali Opuſculum Benedictorum notitiæ ſubduxit, ut nullo dato defenſionis ſpatio, occultè rem ageret, & manum pararet in adverſarios. Ubi vero ſe, & patronos ſi-

de tous les jours confirme que ce n'eſt pas ſans raiſon, qu'on a fait cette plainte. Sans aller plus loin, pour en chercher des preuves, on n'a qu'à lire un livre, qui paroit depuis peu ſous le titre de Lettre d'un Abbé..... aux PP. Benedictins de la Congregation de S. Maur. *L'Auteur de cette Lettre eſt un Allemand ſuppoſé, qui intente une accuſation de Janſeniſme contre les PP. Benedictins. Ce feint Allemand, quel qu'il ſoit, a pris des meſures aſſez fines pour venir à bout du deſſein qu'il avoit. D'abord il n'a fait paroitre que trés-peu d'exemplaires de ſon Livre compoſé en Latin, qu'il a diſtribuez deçà delà aux perſonnes de ſa connoiſſance. Il a été ſervi avec tant de ſecret, qu'il a été impoſſible à aucun des PP. Benedictins, (auſquels cependant la Lettre étoit adreſſée) de recouvrer aucun exemplaire de cet Ouvrage. Le deſſein qu'a eu cet Auteur en ſe cachant, & en cachant ſon Ouvrage aux PP. Bénedictins, a été ſans doute de faire ſes afaires à la ſourdine, & de former un parti contre les perſonnes qu'il attaquoit, en leur ôtant les moiens de ſe défendre. Mais il n'a pas*

bi conciliaſſe,& rem in tuto poſuiſſe putavit, in Gallicum Idioma verſum opus publicari curat, & circumquaque ſpargere. Libellus porro, ut pauca crimina complectitur, quorum pars falſa nullaque, cætera nugacia ſunt; ita contumeliis & conviciis pleniſſimus eſt. Videturque Scriptor ille diffiſus cauſæ ſuæ, timuiſſe ne ſi nudam rem poneret, nec maledictis oneraret adverſarios, futile negotium haberetur.

At ne nimium Benedictinos ſortis ſuæ pœniteat, prodeunt frequenter libelli, quibus magni nominis Antiſtites, ac cum primis Archiepiſcopus Pariſienſis pietatis fama conſpicuus, in partem invidiæ vocentur. Imo ne ſacrum quidem Eminentiſſimorum Cardinalium Collegium, ſatis tutum à criminationi-

plûtôt formé ſon parti, & creu être ſeur de ſon fait, qu'il a levé la tête : il a fait imprimer ſon ouvrage en François, & a eu ſoin d'en répandre les exemplaires çà & là. Ce Livre n'eſt qu'un ramas d'accuſations dont les unes ſont abſolument fauſſes, & les autres ridicules & badines, mais en recompenſe il eſt farci d'outrages & d'injures. Il eſt aiſé à voir que cet Auteur ſe défie de la bonté de ſa cauſe, & qu'il a peur qu'on ne s'apperçoive de la ridiculité de ſes prétentions; c'eſt pourquoi il évite de propoſer la choſe d'une maniere ſimple, & il accable ſes adverſaires d'injures.

Mais ce qui doit conſoler les PP. Benedictins, c'eſt qu'on voit tous les jours paroître des Libelles, dans leſquels pluſieurs Evêques celebres & entr'autres le pieux Archevêque de Paris ne ſont pas mieux traitez. Que dis-je? Le ſacré College des Cardinaux lui-même n'eſt pas à l'abri de ces ſortes d'accuſations. Car les Auteurs de ces Libelles ſont des gens que ni les décrets du Souverain Pontife, qui a défendu d'accuſer perſonne de Janſeniſme, à moins qu'on ne ſoutint quel-

bus. Hujuſmodi enim Libellorum auctores non Summi Pontificis decreta compeſcunt, quibus edictum fuit, ne cuipiam, niſi aliquam ex damnatis Janſenii propoſitionibus tueatur, crimen inferatur Janſeniſmi: Non Archiepiſcopi Pariſienſis Statuta remorantur, idipſum Eccleſiaſticæ concordiæ cauſa ſancientis; nullo demum coërceri poſſunt ab injuria inferenda. Videnturque curare ut æterna odia in Reſpub. Chriſtiana foveant, ac prohibere ne finem habeant ſemel exortæ controverſiæ.

Jam vero ad rem veniamus. RR. PP. Benedictini cum S. Auguſtini opera omnia edenda, & ad MSS. fidem caſtiganda ſuſcepiſſent, demum anno 1690. ultimum tomum publicum fecerunt. Editio autem iſthæc quæ publicis

qu'une des propoſitions de Janſenius, qui ont été condamnées: ni les ordonnances de l'Archevêque de Paris qui pour le bien de la Paix Eccleſiaſtique a fait les mêmes défenſes ne ſont pas capables d'arrêter & de contenir dans les bornes du devoir. A quelque prix que ce ſoit, il faut que ces gens-là ſe faſſent des querelles. On diroit à voir leur conduite, qu'ils ſont gagez pour éterniſer les diviſions dans le Chriſtianiſme & pour empêcher que les diſputes viennent jamais à finir. Ceci ſoit dit en guiſe de Preambule.

Maintenant pour venir au fait, il faut ſavoir que les RR. PP. Benedictins aiant entrepris de donner au Public une Edition de toutes les Oeuvres de Saint Auguſtin reveuës & corrigées ſur la foi des MSS. ils vinrent à bout d'en faire paroître le dernier Tome en 1690. Cette édition qui avoit été ardemment déſirée du Public, fut

votis expetita fuerat, miro omnium plauſu excepta eſt. Verum elapſis poſt editum opus decem circiter annis, in poſtremum Tomum bellicum canit fucatus ille Abbas, & miris exclamationibus omnes provocat ad ingens quoddam facinus ulciſcendum. *Arbitror, inquit, è re fore ut omnes Europæ totius nationes, ardenti ſtudio, in ejuſmodi cauſam accedant.* Ecqua res tantum urgeat? *Ingens periculum, inquit, adeſt, grave ſcandalum, malum publicum. Cui ſi remedium admovere negligatur, proditur cauſa Religionis.* Si ita res ſe habet, jure conclamatum eſt ad arma. Sed quid tandem ſceleris, quod atrox flagitium, cui ulciſcendo univerſæ Europæ gentes operam dare debeant? R. R. P. P. Benedictini, ait ille, in poſtremo Tomo D.

fort bien reçue & generalement approuvée. Mais voici qu'environ dix ans aprés que cette belle édition a paru, un Abbé ſuppoſé commence à ſonner le tocſin contre le dixiéme Tome de cet Ouvrage, & tâche par ſes exclamations d'engager toute l'Europe à vanger les crimes, qu'il intente aux PP. Benedictins. A mon avis, *dit il*, il ſeroit bon que toutes les Nations de l'Europe s'intereſſaſſent tout de bon dans cette affaire. *Dequoi s'agit-il donc, & qu'eſt-ce qui l'oblige à s'émouvoir ſi fort.* C'eſt, *dit-il*, qu'il s'agit d'une affaire dangereuſe, d'un grand ſcandale, & d'un mal qui intereſſe le Public, auquel on ne ſauroit négliger de remedier ſans trahir l'interêt de la Religion. *Si ce que cet Auteur dit eſt vrai, il a raiſon de faire cette levée de boucliers. Mais quel eſt donc ce crime ſi grand & ſi atroce, dont toute l'Europe doit entreprendre la vengeance? Les Peres Benedictins, dit-il, n'ont fait aucune remarque contre Janſenius, dans le dernier Tome de leur S Auguſtin, bien plus ils n'ont pas dit* un mot contre lui. *Cela eſt-il ſouffrable, peut-*

Auguſtini nihil contra Janſenium annotant, nullam notam edunt contra Janſenianos, *nullam*, *ne verbum quidem*, proh facinus, quis talem rem ferat? Imo verò, pergit Abbas, haud obſcurè Janſenianis favent. In quo favent? In notis compluribus ad mentem Janſenii adornatis. Ita ſcilicet eximius Abbas inſolenti ac vehementiſſimo exordio ad ſolitam frigidamque Janſeniſmi accuſationem, quæ in probos viros vulgo intentari ſolet, viam parat. Verum ubi adverteris quam levibus, quam nullis de cauſis id effutiat, jure proferas tritum illud:

Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Ad I. Argum.

PRIMA igitur criminatio ea eſt, Benedictinos illam po-

on s'empeſcher d'en témoigner du reſſentiment? Ce n'eſt pas tout, dit Mr. L'Abbé, ils favoriſent ouvertement le Janſeniſme. Mais en quoi? Dans pluſieurs de leurs Notes, qui ont l'air tout à fait Janſeniſte. Voilà à quoi abboutit l'éxorde pompeux & vehement de cet illuſtre Abbé à accuſer ſes Adverſaires de Janſeniſme, accuſation froide & ordinaire, à laquelle les plus honnétes gens ſont le plus ſouvent ſujets. Mais voions ſur quels fondemens Mr. l'Abbé s'érige en accuſateur. Il ſuffira de propoſer ſes raiſons pour que le Lecteur lui applique ce dicton du Poëte,

La montagne en travail enfante une ſouris.

Reponſe au I. Argument.

L*E prémier crime dont il accuſe les PP. Benedictins, c'eſt d'avoir donné le dixiéme*

ſtremi tomi editionem, non obſervationibus, non notis in Janſenium conſperſiſſe, ſed intactos præteriiſſe Janſeniſtas, quam ille ſectam in orbe graſſari comminiſcitur. Ea princeps cauſa irarum eſt, hæc occaſio maledictorum, & contumeliarum, ita ut eos *occultatores Myſterii iniquitatis*, *fautores Heterodoxorum*, *Janſenii gregales* paſſim nuncupet, ac ſexcentis convitiis ſacrum Monachorum cœtum dehoneſtet.

Novum ſanè criminis genus, ut ſi quis v. g. Athanaſium, vel Gregorium Nazianzenum edat, nec notis, obſervationibuſque impugnet Socinianos, Trinitarios, alioſque, qui errores ab iiſdem Patribus confutatos noſtro ævo excitare ſtudent, ſtatim in crimen ut Socinianus, Trinitariuſque vocetur. Si

Tome de leur S. Auguſtin au Public, ſans l'avoir chargé de remarques pour refuter Janſenius. Ils ſe plaint de ce qu'ils ont laiſſé les Janſeniſtes en repos, dont il ſe forge une idée, comme d'une ſecte, qui ravage tout le Monde. C'eſt là la cauſe de tous ſes emportemens, & l'occaſion qu'il a priſe de charger d'injures & de calomnies ce ſaint ordre de Moines, qu'il appelle des receleurs du myſtere d'iniquité, fauteurs d'Héretiques, Sectateurs de Janſenius, *& à qui il donne cent autres noms de cette force.*

Sans mentir c'eſt une plaiſante maniere d'accuſer les gens, & toute nouvelle. A l'avenir ceux qui feront des Editions de S Athanaſe, ou de S. Gregoire de Nazianze, n'ont qu'à s'attendre de paſſer pour Sociniens, ou pour Trinitaires, à moins que dans les remarques, qu'ils feront ſur les Ouvrages de ces Peres, ils ne prennent à tâche d'attaquer directement les Sociniens, les Trinitaires, & tous les autres Héretiques, qui ont

quis Hieronymum, vel Epiphanium denuò pùblicet, nec controverſias miſceat adverſum Hæreticos noſtri ævi, qui priſcas illas hæreſes, ab iiſdem Patribus confutatas, redintegrarunt, mox ut earum fautor ambulet in jus. Ecquid de Petavio agatur? quid de aliis editionum Auctoribus, qui iſthuc minimè præſtiterunt? Hoc ſanè accuſationis genus primus in orbem invexit egregius Abbas: hanc ille princeps ſycophantis viam aperuit, ut ſi quam velint editionem Patrum quantumvis accuratam, & inculpatam oppugnare, nihil aliud carpendum ſuppetat; hoc ſaltem præſto ſit quod objiciatur: *Hic nihil notarum in talem, & talem hæreſim occurrit, & hinc liquet Auctores editionis iiſdem erroribus favere.* Ita ſcilicet ſeſe propi-

eu deſſein de renouveller de nos jours les erreurs, que ces Peres ont combattuës dans leurs ouvrages. Il faudra que ceux qui feront r'imprimer les Oeuvres de S Jerome & de S. Epiphane, s'érigent en Controverſiſtes contre les Hérétiques de ce ſiecle, qui ont tâché de remettre ſur pied les Héréſies que ces Peres ont combattuës, ou bien il faut qu'ils s'attendent à paſſer pour Fauteurs de ces Héréſies. Que deviendra le Pere Petau? Que deviendront ceux qui ont fait imprimer les Oeuvres des autres Peres, & qui cependant ont négligé de prendre leurs précautions làdeſſus? Mr. l'Abbé eſt le premier, que je ſache, qui ſe ſoit aviſé d'intenter de pareilles accuſations. Il rend par cette belle ouverture, un grand ſervice à ces Charlatans qui font profeſſion de décrier les ouvrages d'autrui. Deſormais on aura beau être exact, fidelle & orthodoxe dans le Editions, qu'on fera des Oeuvres des Peres, quand on n'y trouveroit rien à mordre d'ailleurs, on pourra toûjours dire à coup ſeur: On ne trouve point ici de remarques con-

nat Abbas doctis & cordatis hominibus deridendum. Nam, ut nemo vel mediocriter peritus ignorat, qui novam editionem parat, id ex officio agit, ut opera emendata caſtigataque publico offerat, varias lectiones ponat, in præfationibus moneat qua de re agatur, & quid inter edendum acciderit. Si quid amplius præſtat, id arbitratu ſuo agit; ſin omittit, inauditum eſt, ut ideò cauſam dicere cogatur.

tre telle ou telle Héréſie; ſigne évident que les Auteurs de cette Edition favoriſent ces erreurs. *Mr. l'Abbé ne pouvoit pas trouver de meilleur moien pour ſe rendre ridicule, & pour s'attirer l'indignation des Sçavans & des honnêtes gens. Car pour peu qu'on ait de connoiſſance de ce qu'on appelle érudition, on ſait, que le but principal d'un homme, qui donne une nouvelle Edition d'un Pere de l'Egliſe, conſiſte à donner le texte reveu & corrigé avec exactitude, à marquer les diverſes leçons, à bien poſer l'état de la queſtion dans les Préfaces, & à avertir le Public de ce qui peut être particulier à ſon Edition. C'eſt tout ce qu'il y a d'eſſentiel. S'il entreprend quelque choſe de plus, permis à lui; mais c'eſt choſe inouie, qu'on lui faſſe une affaire de s'être arrêté là.*

Ad hæc vero ſi rerum conditio ſpectetur, ſi argumentum & materia poſtremi tomi operum S. Auguſtini, ſapientiſſimo conſilio Benedictinos à controverſiis abſtinuiſſe, & à liti-

Outre cela, je ſoutiens qu'il ſuffit de faire reflèxion ſur la circonſtance des choſes, & ſur la qualité des matieres, qui ſont traitées dans le dernier Tome des Oeuvres de S. Auguſtin, pour faire voir que les PP. Benedictins ont trés-ſagement fait de s'abſtenir entierement de ſe

bus temperaſſe conſpicuum erit. Agitur enim de Prædeſtinatione & de Gratia Chriſti, quæ res ſunt ingentibus difficultatibus plenæ, ac centies agitatæ, etiam inter Catholicos: ut ſi alteri ex Catholicis partibus faveres, ſtatim incurreres in offenſionem alterius: Calviniſtas ſi oppugnares, inutilibus controverſiis præberes anſam. Janſenianos autem ne adorirentur Benedictini, præter allatas, gravis alia cauſa ſuberat: Jam penè extinctum malum erat, nemo unus aliquam ex damnatis propoſitionibus apertè tuebatur, ac etiamſi decreto regio an. 1668. cautum fuerat, ut ne quis odioſo Sectarii nomine compellaretur, delatores tamen non pauci probos viros Janſeniſtarum nomine exagitabant in dies; & eo uſque malum

fourrer dans la controverſe. S. Auguſtin traite dans cet endroit de la Prédeſtination & de la Grace, matieres, qui comme châcun ſait ſont toutes pleines de grandes & de terribles difficultés ſur leſquelles on eſt venu aux mains cent & cent fois, même parmi les Catholiques. On ne ſauroit embraſſer le ſentiment d'un des partis Catholiques, ſans s'attirer l'autre tout auſſi-tôt à dos. Si l'on attaque les Calviniſtes on s'engage dans des diſputes ennuyeuſes & infructueuſes. Pour ce qui eſt des Janſeniſtes, les Benedictins, outre ces raiſons, en avoient d'autres trés-fortes pour les laiſſer en repos. Le Janſeniſme ſe trouvoit à peu prés éteint, & l'on ne voioit plus perſonne qui ſoutint ouvertement aucune des propoſitions condamnées. On voioit cependant que malgré l'Edit du Roi de l'an 1668. *qui defendoit de donner aux gens le nom odieux de Sectaires, il ſe trouvoit je ne ſai combien de délateurs, qui traitoient de Janſeniſtes pluſieurs perſonnes de probité & de merite; juſques là que le Pape Innocent XII à preſent regnant avoit été obligé de défendre expreſſement*

pervaſit, ut Summus Pontifex Innocentius XII. jam feliciter Eccleſiæ clavum regens, multis ab hinc annis decreto ediceret, ne quis Janſeniſmi accuſaretur, niſi aliquam ex damnatis Janſenii propoſitionibus palam propugnaret, vel defenderet. Quorſum ergo vetera odia repetere, & ſopitam quæſtionem redintegrare? At Germanum Abbatem nihil remorantur Pontificia, Regiaque decreta: ut Summo Pontifice ac Rege perſpicacior Janſeniſticam extare Sectam deprehendit, & tuba canit, ut *univerſas Europæ gentes*, ceu ſomno graves excitet; & inducat ad Janſeniſtarum agmen inſequendum. Numquamne tanta temeritas comprimetur? An licebit ſemper cuilibet petulanti homini, decreta publica contemne-

ment d'accuſer perſonne de Janſeniſme, à moins que celui qu'on accuſeroit ſoûtint publiquement quelqu'une des propoſitions de Janſenius, qui ont été condamnées. A quoi bon renouveller des querelles déja aſſoupies, & reveiller le chat qui dort, comme on parle? Pour Mr. l'Abbé, Bulles du Pape, Edits du Roi, rien ne l'arréte: plus fin & plus vigilant que ni le Pape, ni le Roi il découvre une Secte de Janſeniſtes, il ſonne le tocſin, pour faire ſortir toutes les Nations de l'Europe *de leur profond ſommeil, & pour les porter à courre ſus aux Janſeniſtes. Les temeritez de cette nature demeureront-elles toûjours impunies? Sera-t-il toûjours permis à ces boutefeux de fouler aux pieds les décrets publics, & de venir troubler mal à propos la tranquilité de l'Egliſe? Pour ce qui eſt des Benedictins, la raiſon, la Politique, les Edits du Roi, tout les obligeoit à paſſer ces diſputes ſous ſilence, & c'eſt avec beaucoup de ſageſſe qu'ils ont donné leur S. Auguſtin corrigé, & dégagé de toutes ces queſtions épineuſes.*

re, & tranquillitatem Eccleſiæ in diſcrimen vocare? Sapienter ſane Benedictini uti ratio, decorum, ac Regia placita poſtulabant, à controverſiis abſtinent omnino: atque optimo conſilio factum, ut Auguſtini opera emendata, & nullis implicata quæſtionibus prodirent in publicum.

Ad II. Argum.

NUNC ad alias criminationes, quæ in hæc capita diſtribui omnes poſſunt, ſcilicet, Benedictinos non indicaſſe loca gratiæ ſufficienti, & libertati faventia, notaſſe vero illa quæ Janſeniſtæ uſurpant, ut huic Sectæ patrocinentur. Hæc mera eſſe commenta ſtatim propalam erit. Verùm advertas velim, quando de notis agit Anonymus, non de explanationibus

Reponſe au II. Argument.

PAſſons maintenant aux autres accuſations. Voici à quoi elles ſe reduiſent, à dire que les PP. Benedictins n'ont pas indiqué les paſſages qui favoriſent la grace ſuffiſante, & la liberté de l'homme, au lieu qu'il paroit, qu'ils ont pris à tâche de remarquer les endroits, que les Janſeniſtes citent ordinairement pour le ſoûtien de leurs ſentimens. Je ferai voir tout à l'heure que ce ſont des fauſſetez. Mais avant d'en venir là, il eſt bon de remarquer, que ce que nôtre Auteur Anonyme appelle des notes, ne ſont ni des commen-

quibuſdam, vel obſervationibus verba facere, ut notarum nomine vulgo intelligitur; ſed de marginalibus notulis, quibus tantum ſignificatur de hac, de illa re agi. Enimvero ut vanitatem calumniæ, ab exordio intelligas, in fronte poſtremi tomi D. Auguſtini longiſſima extat Præfatio, qua explanantur cum hiſtoria & occaſio ſcribendi cujuſque libri, tum doctrina ejuſdem. In hanc vero præfationem, ne mutire quidem audet Abbas, qui tam nocendi cupido animo omnia luſtravit, quia libera prorſus omni ſuſpitione eſt: in Monita ſimiliter quæ ante initium cujuſque Libri comparent ne γρῦ quidem; in notas, ſeu obſervationes tantumdem. Et tamen hi loci erant unde petitam ſententiam oportuit Auctorem editio-

taires, ni des obſervations; comme on pourroit peut être ſe l'imaginer; ce ſont des petites notes marginales, qu'on met à la marge des livres pour indiquer qu'il s'agit dans le texte de telle, ou de telle choſe. Pour faire voir la vanité de la calomnie, qu'il invente, il faut ſavoir, que les PP. Benedictins ont mis au devant du dernier Tome de S. Auguſtin une grande & longue Préface, où ils font l'hiſtoire de châque livre, ils diſent à quelle occaſion il a été écrit, & expliquent la doctrine qu'il renferme. Mr. l'Abbé n'a rien trouvé à mordre ſur cette Préface, quelque envie qu'il ait eu d'y trouver à redire; marque évidente qu'elle eſt entierement éxemte de ſoupçon. Il n'a trouvé non plus rien à redire aux Avertiſſemens qui ſont à la tête de châque livre; il ſe contente d'attaquer les notes. Cependant c'étoit dans les endroits, dont je viens de parler, qu'il faloit chercher les ſentimens des Auteurs de l'édition de S. Auguſtin. De plus Mr. l'Abbé n'ignore pas que les PP. Benedictins ont une Préface generale ſur les œuvres

... S. Auguſtini. Quid quod jam ſub prælo ſudat, ut non neſcit Abbas, præfatio generalis ad omnia S. Auguſtini opera? an non expectandum erat, ut ea in lucem prodiret, quo poſſet larvatus Abbas germanam Benedictinorum ſententiam explorare? At cum ex jam editis præfationibus probè animadvertat ille nihil ſpei eſſe, ut in præfatione generali aliquid vitii, vel pravæ opinionis deprehendi poſſit, in marginales notulas ſolum debacchatur: ubi id tantum curant Benedictini, ut Lector, quiſquis tandem ſit, ictu oculi quæ notatu digna ſunt advertat, & non modo quæ uſurpari debeant à Catholicis, verum etiam quæ ab Heterodoxis objici poſſint confeſtim intelligat. Si quidem, ut nemo neſcit, his ſolum de cauſis dantur notulæ marginales.

de S. Auguſtin ſous la preſſe Ne faloit il pas qu'il attendit que cette Préface eut paru, pour y puiſer les véritables ſentimens des PP. Benedictins? Il a bien veu, par les Préfaces particulieres, qu'il étoit inutile d'attendre de trouver aucun ſentiment erroné dans la préface generale, qu'il n'y auroit rien à mordre pour lui, & cela l'a porté à décharger ſa colere ſur les notes marginales; où les Benedictins n'ont eu autre choſe en veuë, que de faire appercevoir au Lecteur, quel qu'il ſoit, en un coup d'œil les choſes qui ſont dignes de remarque; non ſeulement celles qui favoriſent les Catholiques, mais auſſi celles que les Hérétiques ont accoutume d'objecter. Car c'eſt à cela que les notes marginales ſont deſtinées, comme châcun ſait.

Verum hoc etiam criminationis genus ab eximio Abbate, jam primum excogitatum eſt, ut ſi nihil pravæ opinionis in præfationibus, monitis, & obſervationibus occurrat, in notis marginalibus quantumvis ad mentem Patrum accommodatis, errores deprehendat. Quod ſi ejuſmodi breviſſimæ notulæ nihil mali præferant, additis commentariis jactitet eſſe ea mente concinnatas, ut tali & tali Sectæ faveatur.

Mais il n'eſt pas malaiſé de s'appercevoir de la raiſon pour laquelle Mr. l'Abbé à imaginé cette eſpece d'accuſation. Il faloit trouver de l'héréſie dans l'ouvrage des PP. Benedictins, au défaut des préfaces, des avertiſſemens & des remarques, qui ne donnoient aucune priſe, il en a falu chercher dans les Notes marginales, quoi qu'elles expriment ce que les Peres ont voulu dire. Il faloit encore gloſer ſur ces notes toutes innocentes qu'elles ſont, pour pouvoir dire apres cela qu'elles favoriſent telle, ou telle Secte.

Falſiſſimum autem eſt, quod paſſim in Epiſtola dicit Abbas, Benedictinos ſcilicet non indicaſſe loca libero arbitrio, & gratiæ cui reſiſtitur faventia, nam bene multa, imo innumera hujuſmodi notantur in margine, quorum partem ne pigeat hic apponere, poſt quam de Gratia ſufficienti, quam

Il eſt au reſte de la derniere fauſſeté, que les PP. Benedictins n'aient pas marqué les paſſages, qui ſont favorables au libre arbitre, & à la grace à laquelle l'homme peut reſiſter, comme Mr. l'Abbé le dit à chaque pas. On n'a qu'à parcourir les marges, pour voir qu'ils en ont indiqué une grande quantité, & que les marges en ſont pleines. De peur d'ennuier le Lecteur je n'en citerai qu'une partie,

item fruſtra queritur non indicatam fuiſſe pauca præmiſerimus.

Gratia igitur ſufficiens, ut paſſim explicat ille, eſt auxilium cuilibet homini etiam infideli datum, quo collato voluntas humana ſe determinat ad agendum, potens non agere, ita ut nulla alia efficaci Dei motione ad agendum prædeterminetur. Quam Moliniſticam Gratiam nimis temere vocat non ſemel Abbas Gratiam Orthodoxam. Quaſi nimirum inter Orthodoxos numerari non debeant, qui Gratiam ſufficientem eo modo expoſitam non tuentur. Num Heterodoxi Thomiſtæ, qui ultra Gratiam ſufficientem, quæ præbet poſſe operari, cuique multoties reſiſtitur, aliam tamen ab intrinſeco

après que j'aurai dit un mot de la grace ſuffiſante, qu'il ſe plaint, qu'on a oubliée dans les notes marginales, mais ſans raiſon.

La grace ſuffiſante, comme il le dit à chaque pas, eſt ce ſecours que Dieu accorde à tous les hommes, même aux infidelles, en vertu duquel la volonté ſe détermine à agir, demeurant toûjours libre d'agir, ou de ne pas agir, de ſorte qu'il n'y a point d'autre action efficace de Dieu qui la prédetermine à agir, ſi j'oſe m'exprimer ainſi. C'eſt là la grace des Moliniſtes, que nôtre Abbé prétendu appelle hardiment en plus d'un endroit la grace orthodoxe. Comme ſi les Theologiens, qui n'expliquent pas bien la grace ſuffiſante comme lui, ne meritoient pas d'être mis au rang des Orthodoxes. Les Thomiſtes, qui, outre cette grace ſuffiſante, qui met l'homme au pouvoir d'agir, & à laquelle on peut reſiſter tres-ſouvent, en reconnoiſſent une autre interieure & efficace, & à laquelle il eſt impoſſible de reſiſter, ſont-ils donc hérétiques? Faudra-t-il accuſer d'héréſie des gens qui rejettent une

efficacem, cuique reſiſtitur nunquam ad reipſa operandum requirunt? Num hæretici ſunt qui illam doctrinam non admittunt, ex qua inferri poſſe putant bonos à malis ſe, ſuaque ſola voluntate primum diſcernere? Quis ferat audaciam hujuſmodi? Meminiſſe ſaltem debuit larvatus Abbas clariſſimum, & eruditiſſimum Antiſtitem Archiepiſcopum Rhemenſem, haud ita pridem in quoſdam graviter animadvertiſſe, qui auſi fuerant ſententiam illam Moliniſticam, quaſi unam veram Eccleſiæ doctrinam in Theſibus prædicare. Certè ſi opus ſit ejuſmodi gratiam tueri, ut quis Orthodoxus habeatur, nec Auguſtinus ipſe inter Catholicos annumerabitur, apud quem ne veſtigium quidem illius gratiæ reperi-

doctrine, de laquelle on peut conclure, à leur avis, que les gens de bien ſe diſtinguent des méchans prémierement & par un effet de leur volonté toute ſeule? Cette hardieſſe eſt-elle ſupportable? Mr. l'Abbé prétendu auroit deu ſe reſſouvenir, qu'il n'y a pas long-tems que le celebre & ſavant Archevêque de Rheims a donné rudement ſur les doigts, à des gens qui avoient eu l'audace de vouloir faire paſſer dans leurs Theſes le ſentiment des Moliniſtes pour la ſeule & veritable doctrine de l'Egliſe. S'il eſt abſolument neceſſaire, pour être Orthodoxe, de ſoutenir la grace des Moliniſtes, S. Auguſtin, à qui cette grace a été inconnue, court grand riſque d'être raié du catalogue des Orthodoxes. C'eſt cependant cette grace qui de l'aveu même de Molina ne ſe trouve point dans S. Auguſtin, que l'Abbé Allemand ſe plaint de n'avoir point trouvé dans les notes marginales des PP. Benedictins.

mus. Hanc tamen gratiam Abbas Germanus in marginalibus notis Benedictinorum deſiderari, clamitat, quam vel ipſe Molina fatetur fruſtra quæri in operibus Auguſtini.

Quod ſpectat autem liberum arbitrium, & Gratiam cui reſiſtitur, quæ ſane ab omnibus Orthodoxis admittitur, vide mihi quot marginales notas dederunt Benedictini.

Pour ce qui eſt du libre arbitre, & de la grace à laquelle l'homme peut reſiſter, qui ſont des Doctrines reconnues de tous les Orthodoxes, voiez combien on trouve des notes marginales dans l'ouvrage des PP. Benedictins, qui en ſont mention.

Col. 43. *Dei gratiæ adjungendus noſtræ voluntatis conatus.*

Col. 54. *In hominibus cauſa eſt, ut non adjuventur à Deo.*

Col. 55. *Qui fiat ut juſtitia, nunc magis, minuſve delectet, nunc non delectet.*

Col. 56. *Liberum arbitrium quod huc atque illuc liberum flectitur.*

Col. 118. *Liberum arbitrium media vis.*

Col. 43. Dei gratiæ adjungendus eſt noſtræ voluntatis conatus.

Col. 54. In hominibus cauſa eſt, ut non adjuventur à Deo.

Col. 55. Qui fiat ut juſtitia, nunc magis, minuſve delectet, nunc non delectet.

Col. 56. Liberum arbitrium quod huc atque illuc liberum flectitur.

Col. 118. Liberum arbitrium media vis.

Col. 137. Non deſerit Deus, niſi dignos deſeri.

Col. 137. *Non deſerit Deus, niſi dignos deſeri.*
Col. 140. *Deus non deſerit juſtificatos, ſi non deſeratur.*
Col. 143. *Liberum arbitrium non tollitur cum gratia prædicatur.*
Col. 148. *Deus non jubet impoſſibile,*
Col. 173. *Vitæ æternæ merces nulli reddetur, niſi qui ejus in hac vita meritum ſibi comparaverit.*
Col. 176. *Præceptum, liberi arbitrii eſt argumentum, Oratio gratiæ.*
Col. 188. *Adjuvatur nemo, niſi qui & ipſe aliquid agit.*
Col. 208. *Gratia quænam in Eccleſia prædicatur.* Ubi Auguſtinus ait: *Gratia quæ ſubminiſtratione Sancti Spiritus datur, ut ad noſtros actus ſingulos adjuvemur*, opportunus locus pro gratia ordinaria.
Col. 413. *Liberum ar-*

Col. 140. Deus non deſerit juſtificatos, ſi non deſeratur.
Col. 143. Liberum arbitrium non tollitur cum gratia prædicatur.
Col. 148. Deus non jubet impoſſibile.
Col. 173. Vitæ æternæ merces nulli reddetur, niſi qui ejus in hac vita meritum ſibi comparaverit.
Col. 176. Præceptum, liberi arbitrii eſt argumentum, Oratio gratiæ.
Col. 188. Adjuvatur nemo, niſi qui & ipſe aliquid agit.
Col. 208. Gratia quænam in Eccleſiâ prædicatur. *Ils mettent cette note marginale à propos de ces paroles de S. Auguſtin*: Gratia quæ ſubminiſtratione Sancti Spiritus datur, ut ad noſtros actus ſingulos adjuvemur; *paroles qui ſont trés-propres à prouver la grace ordinaire.*
Col. 413. Liberum arbitrium non perit Adæ peccato.
Là même. Juliani calumnia de ſublato per peccatum Adæ libero in nobis arbitrio.
Col. 414. Concludit non

bitrium non perit Adæ peccato.

Ibidem *Juliani calumnia de ſublato per peccatum Adæ libero in nobis arbitrio.*

Col. 414. *Concludit non adimere ſe impiis liberum arbitrium.*

Col. 415. *Pelagiani præcipitatores liberi arbitrii.*

Col. 446. *Nihil homini jubetur, quod à Deo non detur.*

Col. 718. *Liberum arbitrum probatur eſſe in homine ex divinis præceptis.*

Col. 784. *Deus dat quod jubet.*

Col. 887. *Sub Deo juſto nemo miſer, niſi mereatur.*

adimere ſe impiis liberum arbitrium

Col. 415. Pelagiani pæcipitatores liberi arbitrii.

Col. 446. Nihil homini jubetur, quod à Deo non detur.

Col. 718. Liberum arbitrium probatur eſſe in homine ex divinis præceptis.

Col. 784. Deus dat quod jubet.

Col. 887. Sub Deo juſto nemo miſer, niſi mereatur.

In Indicibus autem hæc inter alia extant, quæ perſpicuè de Gratia cui reſiſtitur, intelliguntur

Voici entr'autres choſes, ce qu'ils diſent dans leurs Indices, qui ſe doit entendre manifeſtement de la grace réſiſtible.

Nemo in hac vita ſine peccato, etiam per gratiam. Tom. 3. in Indice, ad pag. 627.

Nemo in hac vita ſine peccato, etiam per gratiam. *Tom. 3. dans l'indice ſur la page 627.*

Gratia aliis eſt aqua contradictionis, aliis aqua ſanctificationis. Tom. 3. in Indice ad pag. 546.	Gratia aliis eſt aqua contradictionis, aliis aqua ſanctificationis. *Tom.* 3. *ſur la pag.* 546.
Quia non gratis inferretur ſupplicium, ideò gratis præſtitum eſt beneficium. Ad Tom. 4. pag. 28. in Indice, ubi Lovanienſes habent in Textu, *quia ne non gratis*, quod diſparatam & contradictoriam propoſitionem efficit.	Quia non gratis inferretur ſupplicium, ideo gratis præſtitum eſt beneficium *Tom.* 4. *dans l'Indice des PP. Benedictins regardant cet endroit du Texte de S. Auguſtin, ou les Auteurs de l'Edition de Louvain ont mis*, quia ne non gratis, *ce qui fait une propoſition contradictoire*
Neceſſaria eſt Gratia adjuvantis, ut impleatur præceptum jubentis. Ad Tom. 4 Col. 731.	Neceſſaria eſt Gratia adjuvantis, ut impleatur præceptum jubentis. *Sur le Tom.* 4. *Col.* 348.
Ne dicas, non poſſum tenere & portare & frænare carnem, adjuvaris ut poſſis. Ad Tom. 4. Col. 348.	
Deus opus ſuum non deſeret, niſi ab opere ſuo deſeratur. Ad Tom. 4. Col. 1629.	Deus opus ſuum non deſerit, niſi ab opere ſuo deſeratur. *Sur le Tom.* 4. *Col.* 1629.
Ipſe Deus dat vires, ut quod jubet impleri poſſit. Ad Tom. 5. Col. 162.	Ipſe dat vires, ut quod jubet impleri poſſit. *Sur le Tom.* 4. *Col.* 162.

Sic Deus operatur in nobis, ut & nos operemur. Ad Tom. 5. Col. 72.

Qui fecit te ſine te, non te juſtificabit ſine te. Ad Tom. 5. Col. 815.

IN Indice poſtremi Tomi, permulta habes loca pro libertate, aliaque plurima ad marginem & Indicem poſita, quæ conſulto prætermittimus, brevitatis cauſa.

Qua fronte igitur Abbas adfirmare audet nulla loca liberum arbitrium, & gratiam cui reſiſtitur ſpectantia in margine, vel Indice notari à Benedictinis? An credibile eſt eum nihil eorum vidiſſe? Sane fieri nequit ut non adverterit, qui tanto ſtudio margines, & Indices D. Auguſtini per Benedictinos editi luſtravit. Verum ratus nihil periculi eſſe, ut Lectores Li-

Sic Deus operatur in nobis, ut & nos operemur. *Sur le Tom. 5. Col. 72.*

Qui fecit te ſine te, non te juſtificabit ſine te. *Sur le Tom. 5. Col. 815.*

ON *trouve dans l'Indice du dernier Tome pluſieurs choſes ſemblables, qui favoriſent la liberté de l'homme, & une plus grande quantité encore & dans la marge & dans l'indice, que je ne rapporterai pas à deſſein, de peur d'être trop long.*

Aprés cela de quel front eſt-ce que Mr. l'Abbé a l'audace de dire que les PP. Benedictins n'ont remarqué aucun paſſage à la marge & dans l'indice de leur S. Auguſtin, qui favoriſe le libre arbitre & la grace à laquelle l'homme peut reſiſter? Il n'eſt pas croiable, que tout ce que je viens de rapporter lui ait été inconnu, lui qui a éxaminé avec tant de ſoin les marges & les Indices du S. Auguſtin des PP. Benedictins. Il a creu ſans doute qu'il pouvoit dire impunément ce qu'il a dit, & que les Lecteurs ne le

belli ſui tantam fraudem, & tam apertum mendacium ſuſpicarentur, id audacter proferre non dubitavit.

Ex his porro intelliges, quam futiles ſint criminationes Abbatis, cum Benedictinis vitio vertit quod talem & talem locum gratiæ cui reſiſtitur opportunum non indicarint in margine. Nam ut ex ſupra memoratis Locis, & aliis quam plurimis in margine notatis conſpicuum eſt, tantum abeſt ut ab ejuſmodi ſententiis indicandis refugerint Benedictini, ut multo plura etiam quam præcedentes editiones in margine & in Indice notarint. Si qua vero iſtiuſmodi omittuntur in editione Benedictina, id evenit, quod ne eveniat caveri nequit. Quis enim omnia notatu digna in qualibet materia notare

ſoupçonneroient pas d'une calomnie ſi groſſiere, & d'un menſonge ſi impudent.

On peut voir par ce que je viens de dire de quel poids ſont les accuſations de Mr. l'Abbé, & qu'elle grace il a de faire un crime aux Benedictins de n'avoir pas indiqué les paſſages, qui favoriſent la grace réſiſtible. Car les paſſages que j'ai déja citez, & pluſieurs autres notes marginales prouvent évidemment, que tant s'en faut, que les PP. Benedictins aient évité de remarquer ces ſortes de paſſages, qu'au contraire ils en ont plus indiqué dans leurs notes & dans leurs indices, que les Editions precedentes n'avoient fait. Si les Benedictins ont oublié d'en faire quelqu'une, on ne doit pas leur en faire un crime. Qui eſt-ce en effet qui peut tout remarquer ſur quelque matiere que ce ſoit? On trouve trés-peu de notes ſemblables dans l'Edition de Louvain, édition que l'Anonyme éleve juſqu'aux Cieux; & que j'avoue être aſſez bonne, on trouve, dis-je, dans cette Edi-

valet? Sane in editione Lovanienſi, quam Anonymus ad ſidera tollit, & quam fatemur nos quoque laude dignam, pauciſſimas hujuſmodi notulas marginales pro gratia cui reſiſtitur reperias; ita ut vix dimidium attingant earum quæ in Benedictina editione comparent. Et quod jam præmonuiſſe juvabit vix aliquod deinceps argumentum in Benedictinos allatum obſervabis, quod non in Lovanienſes validiùs contorqueri poſſit. Verùm in utramque editionem inania tela mittuntur.

tion très-peu de notes ſemblablables en faveur de la Grace à laquelle on peut reſiſter. Si l'on prend la peine de comparer ces éditions enſemble, on verra qu'il s'en faut de la moitié, qu'il y ait autant de notes ſemblables dans cette derniere, que dans celle des Benedictins. Et ce que je trouve de plus particulier, c'eſt qu'à peine trouvera-t-on un argument contre l'Edition des Benedictins, qui ne puiſſe être retorqué contre les Auteurs de l'Edition de Louvain. La verité eſt, que ces argumens ne peuvent faire tort ni à l'une, ni à l'autre de ces Editions.

Si qua vero notantur gratiam efficacem prædicantia, infinito plura hujuſmodi omittuntur, & notulæ marginales in utramvis partem poſitæ æquè ad commodum Catholicorum cedunt, ut ad uſum Catholicæ

Pour ce qui eſt des notes qu'on a faites pour indiquer la grace efficace, il eſt certain qu'on en a negligé une infinité, qu'on auroit peu faire, & que les notes marginales qu'on a faites ſont d'une très-grande commodité pour tous les Catholiques de l'un & de l'autre parti. En effet il eſt fort commode aux Moliniſtes de

doctrinæ ; ea ſimul conferendo deducant. Moliniſtis enim peropportunum eſt, non loca ſibi utilia ſolum, ſed etiam adverſa primo intuitu ope notarum advertere, ut omnia ſi poſſint ad Doctrinam ſuam transferant. Thomiſtæ item gaudent indicari loca, quæ vel explicent, vel uſurpent. Quo ſi Janſeniſtæ, ſi qui tandem ſunt, vel Calviniſtæ ea ad ſuam detorqueant opinionem, id non eſt ex mente Auctorum editionis, quorum officium, ut nemo neſcit, eſt ea ſolum brevibus notulis ſignificare, quæ notatu digna ſunt.

Nullo autem partium ſtudio teneri Benedictinos, vel hinc liquet quod loca etiam quæ Moliniſtis adverſari videntur inobſervata præteterant. In hanc v. g. ſententiam Auguſti-

pouvoir découvrir d'un coup d'œil à la faveur de ces notes les paſſages, qui leur ſont contraires, auſſi bien que ceux qui peuvent leur être favorables, afin qu'ils puiſſent prendre leurs meſures là-deſſus. Les Thomiſtes auſſi doivent être bien-aiſes, qu'on leur indique les paſſages, dont ils peuvent ſe ſervir, & ceux qui ont beſoin d'explication. Que ſi les Janſeniſtes, ſuppoſé qu'il y en ait, ou les Calviniſtes, en abuſent pour ſoutenir leurs opinions, ce n'eſt pas la faute des Auteurs de l'Edition, que leur devoir oblige, comme châcun ſait, à marquer les paſſages qui meritent qu'on y faſſe quelque attention.

Une choſe qui fait voir que les PP. Benedictins ne ſont point entêtez d'aucun eſprit de parti, c'eſt qu'ils ont laiſſé les paſſages mêmes, qui paroiſſent contraires aux Moliniſtes ſans les remarquer. Par exemple, à propos de ces paroles de S. Auguſtin : Les

ni: *Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitrium, cui Deus ſubſequens tribuat incrementum.* Quam Pelagianorum opinionem ex Ambroſio refutat Auguſtinus; ad marginem ſolum notatur: *Ambroſii teſtimonia de Gratia*, nec vel minimum indicatur ſententia Moliniſtis importuna, quâ in Scholis ab adverſariis ſuis impugnari ſolent. Alia ſimilia plurima lubens prætermitto, ne in re leviſſima multus & inſolens ſim.

Sub hæc artificium Benedictinorum aperit Abbas, quo ut Janſeniſtis faveant, imo quaſi *præmonſtrante ac docente Janſenio*, loca quædam quibus ſtatuitur Chriſtum velle ſalutem aliorum hominum, quàm eorum qui ſalvi fiunt, nullis marginalibus notis indicata, callidè prætermittunt. Octo

Pelagiens diſent que le merite commence par l'homme, au moien du libre arbitre, & que Dieu dans la ſuite lui donne l'accroiſſement: *à propos dis-je de ce ſentiment des Pelagiens, que S. Auguſtin a tiré de S. Ambroiſe, ils ſe contentent de mettre en marge*; Ambroſii teſtimonia de gratiâ, *témoignages d'Ambroiſe ſur la grace, ſans ſonger à remarquer que ce que S. Auguſtin dit dans cet endroit eſt contraire à la Theologie Moliniſte. Je paſſe à deſſein ſous ſilence pluſieurs choſes ſemblables, que je pourrois alleguer, de peur qu'on ne m'accuſe de m'arreter trop long-tems ſur des vetilles.*

Aprés cela Mr. l'Abbé decouvre à ce qu'il prétend l'artifice des PP. Benedictins, qui conſiſte ſelon lui, en ce que, pour favoriſer les Janſeniſtes, & comme s'ils agiſſoient de concert avec Janſenius, ils ont paſſé finement ſous ſilence, & ſans notes marginales quelques endroits, où il eſt dit que J. C. veut le ſalut d'autres hommes, que de ceux, qui ſeront ſauvez. Pour appuier ſa découverte il

autem

autem dumtaxat loca hujuſmodi adfert, ex omnibus Auguſtini operibus collecta. At etiamſi verum eſſet hæc pauca loca non indicari in margine à Benedictinis, ridiculum prorſus foret, id eis vitio verti; cum jam luce clarius commonſtratum ſit eos nullo modo à talibus locis in margine indicandis abſtinuiſſe. Verum hic apertè videas ſola fraude & mendacio niti totam Abbatis criminationem, ex his quippe octo locis, quatuor quæ petita ſunt ex poſtremo tomo operum D. Auguſtini ſuas habent notulas marginales, eaſdem fere quas Lovanienſes dederunt, qui proinde in cauſam veniant oportet. Taleſque ſunt hujuſmodi notæ, ut nemo quantumvis Moliniſticæ doctrinæ ſtudio ſus jure poſſit aliquid in eis arguere.

cite huit paſſages en tout de toutes les Oeuvres de S. Auguſtin, où S. Auguſtin avance cette propoſition. Mais quand il ſeroit vrai, que les Benedictins n'ont pas marqué ce peu de paſſages, il ſeroit ridicule de leur en faire une affaire, puiſqu'il a été prouvé plus clair que le jour, que les PP. Benedictins n'ont aucun deſſein de ne pas indiquer ces ſortes de paſſages. Mais pour faire voir clairement que toute cette accuſation de Mr. l'Abbé, n'eſt appuiée que ſur un menſonge; on n'a qu'à conſiderer, que de ces huit paſſages, qu'il cite pour prouver ſon aſſertion, il y en a quatre tirez du dernier Tome des œuvres de S. Auguſtin, qui ſont munis de notes marginales, les mêmes en ſubſtance, que celles des Auteurs de Louvain, à qui par conſequent il faut que Mr. l'Abbé faſſe un procez auſſi bien qu'aux Benedictins. Mais ce qu'il y a de plus particulier, c'eſt que ces notes ſont telles, qu'il n'y a point de Moliniſte ſi outré, qui puiſſe y trouver rien à redire.

Primus locus eſt de Spiritu, & Littera cap. 33. *Vult autem Deus omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen ut eis adimat liberum arbitrium, quod bene, vel male utentes juſtiſſimè judicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum ejus Evangelio non credunt; Nec ideo tamen illam vincunt, verum ſe ipſos fraudant magno & ſummo bono maliſque pœnalibus implicant, experturi in ſuppliciis, poteſtatem ejus; cujus in donis miſericordiam contempſerunt.* Hoc in loco, cujus minimam partem adfert Abbas, agitat Auguſtinus difficillimam omnium quæſtionem de vocatione infidelium ac primo ſtatuit voluntatem credendi eſſe donum Dei. Sed objicit ſibi, quî dam-

Le premier paſſage eſt tiré du Traité touchant l'Eſprit & la Lettre, ch. 33. Dieu, *dit S. Auguſtin*, veut que tous les hommes ſoient ſauvez, & qu'ils arrivent à la connoiſſance de la verité, non pourtant qu'il leur ôte leur libre arbitre, afin qu'ils ſoient jugez trés-juſtement ſuivant le bon, ou le mauvais uſage, qu'ils en auront fait. De cette maniere, c'eſt contre la volonté de Dieu, que les infidelles agiſſent, lorſqu'ils refuſent de croire à ſon Evangile. On ne peut pas dire cependant qu'ils demeurent vainqueurs de cette volonté, mais ils ſe privent eux-mêmes d'un grand bien, il attirent ſur leurs têtes des grands maux, & ils éprouveront un jour au milieu des ſupplices la puiſſance de celui, dont ils ont mépriſé la miſericorde, qui paroiſſoit dans les graces qu'il leur accordoit. *S. Auguſtin traite dans ce paſſage, dont Mr. l'Abbé ne cite qu'une partie, la queſtion difficile & épineuſe de la vocation des incredules, & il poſe d'abord pour principe, que la volonté de croire eſt un*

nari juſtè poterunt infideles, qui hoc donum neceſſarium ad credendum non acceperunt? reſpondet liberum arbitrium ipſis adeſſe. *Prius igitur illud dicamus & videamus utrum huic ſatisfaciat quæſtioni quod liberum arbitrium naturaliter attributum à Creatore animæ rationali, illa media vis eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem poteſt*: & poſt quatuor lineas ſequitur locus ab Abbate allatus. Ibi autem probe notant Benedictini: *liberum arbitrium media vis*. Si quid in hoc, & in ſequenti capite D. Auguſtini habeatur, quod libertati faveat, illud maximè eſt quod fert nota marginalis, *liberum arbitrium media vis*.* Lovanienſes autem ad hunc Auguſtini lo-

*Vide edit. Lovanienſem anno 1576. Antuerpiæ.

don de Dieu. Mais il ſe fait lui-même cette objection; comment: eſt-ce que les incredules pourront être damnez avec juſtice, puiſqu'il n'ont pas reçû ce don, qui eſt neceſſaire pour que l'homme croie? Il repond, que quoi qu'il en ſoit ils conſervent toûjours leur libre arbitre. Diſons tout premierement, *dit-il*, & voions ſi par ce moien nous ne pourrions pas repondre à cette objection; diſons, dis-je, que le libre arbitre, que le Createur a donné naturellement à l'ame raiſonnable, eſt un moien puiſſant, en vertu duquel l'homme peut ſe porter à la foi, ou à l'incredulité. *Quatre lignes enſuite viennent les paroles, que cite Mr. l'Abbé. Là-deſſus les PP. Benedictins on mis cette note marginale fort à propos:* Liberum arbitrium media vis. *S'il y a quelque choſe dans ce chapitre de S. Auguſtin & dans celui qui ſuit, qui favoriſe la liberté de l'homme, c'eſt aſſeurément ce dont le ſens eſt renfermé dans la note marginale*, Liberum arbitrium media vis. *Pour ce qui eſt des Auteurs de l'Edition de*

cum hanc marginalem notam habent: *Voluntas credendi à quo*, quæ minus favet libertati quàm nota Benedictinorum. Nam ibidem ait Auguſtinus voluntatem credendi à Deo eſſe. Secundus locus, quem fruſtra decantat Abbas non indicatum fuiſſe, exſtat libro ſexto contra Julianum cap. 4. *Ac per hoc unus pro omnibus mortuus eſt &c.* & has apud Lovanienſes, & apud Benedictinos habet notas marginales. *Tractat locum Apoſtoli ad Rom.* 5. & paucis poſt lineis: *Non eſt pro iis mortuus Chriſtus qui nullum habuerunt omnino peccatum*, quo apertè ſignificatur Chriſtum pro omnibus omnino mortuum eſſe: ac proinde vides non hîc deſiderari notas Benedictinorum, ſed deſiderari de more bonam fidem Abba-

